

Et quæ Apelles magno labore se junxit,

Mox coeunt;

Quæ conjunxit, diffociantur:

Omnia tamen pendent ex puncto,  
Quod vel Optica, vel Catoptrica observat.

Proteum, qui non vidit,

Habet in hoc artis cum natura conjugio:

Vbi dum in mille se formas ars transformat,

Et subita incautum spectatorem Metamorphosi

Deformat; dementaret,

Nisi mentem natura illuminaret,

Et sine periculo fieri doceret.

Per specula

Absentibus palam scribit sine litteris;

Sine verbis secreto loquitur presentibus:

Temet sine Te absentibus presentem sistit;

Sine flamma accendit;

Vrit sine igne;

Non tamen sine Luce:

Vt vel ex hoc agnoscas,

Non esse periculosam hanc *Magiam*,

Quæ non odit LUCEM.

Qui illudentem, quanquam cum joco, horres;

Serio ludentem attende:

Prompta tibi ad nutum vertitur & revertitur.

Dum ludere intendit

Cum arte natura;

Quidquid parturit, enititur

Tam facili eventu,

Vt oblita sui met Elementa

Levia deorsum, sursum gravia

Pro arbitrio feruntur

UTRIUSQUE.

Nulli unquam parentes, prolem tam parentem genuere.

Ita scilicet vel Inanima docent,

)( 3

Exne.